vel ore: et quis non tanti viri Eulogia silentio potius mirari, quam paupertino sermone demonstrare malit? præsertim cum satis sit nihil; quibus verbis Carthaginis suæ laudes olim Salustius prætendebat, quam parum dicere

Idem ibidem

Eum mox insigne Spiritus Sancti organum, in bello Anti-Christiano Antesignanum, primipilum aut vexilliferum vocat.

Idem in dict. oratione

O felicem quæ Te Luthere, mundo dedit Genetricem, feliciorem, quæ Te fovit et audijt, Acadamiam nutricem: felicissimam, quæ per Te spiritualiter renasci cæpit Ecclesiam tutricem: Te hodie omnis salutat Ecclesia Evangelica: Tibi post Deum suos in Germania dicat natales: Tuos prædicat labores et quam Tibi Agonothetes in cælis imposuit, gratulatur pie coronam.

Idem in Oratione 3. de libro vitæ Mystico

Lutherum nominat: Lutherum illum Megalandrum.

Burgoldensis Notit. Rer German. Imp. pag. 985.

Lutherum ex Scriptura sacra refutari non posse, ipse Eccius olim Wilhelmo Duci Bavariæ confessus est.